



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quis primus Romanae ecclesiae praefuit. Cap. II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

EVSEBII HISTORIAE

vixerunt verbum Dei prædicavit. Qui ad extremum cum Romæ versaretur, capite deorsum statuto (Sic enim perpeti cupiebat) cruci suffixus est. Quid attinet de Paulo dicere, qui simul ac ab Hierusalem ad Illyricum vsque, fuerat euangelii Christi prædicandi munus plenè executus, post Romæ, Nerone summam rerum administrante, martyrio occubuit. Ista ab Origine ad verbum, Tertio tomo Commentariorum, quos scripsit in Genesin, reuera commemorata sunt.

Quis primus Romanæ ecclesiæ præfuit.

CAP. II.

Post Pauli & Petri martyrium, primus Romanæ Ecclesiæ episcopatum Linus sortitò capit. Huius meminuit Paulus è Roma ad Timotheum scribens, in ea 2. Tim. 4 salutatione, quam ad extremam epistolæ partem adnectit. Salutât te, inquit, Eubulus, Pudens, Linus, & Claudia.

De Apostolorum epistolis.

CAP. III.

VNa verò Petri epistola, quæ prior illius esse dicitur, omnium consensu est approbata. Hanc quasi extra omnem controuersiam positam veteres presbyteri in suis ipsorum scriptis citarunt. Eam autem, quæ illius secunda fertur esse epistola, non ita auctoritate & testimonio veterum confirmatam accepimus. Verùm cū plerisq; perquam vtilis illa quidem videretur, vnà cum aliis scripturis studiosè perlegi, petdiscique solita est. Quæ autem acta illius inscribuntur, atque euangelium, quod secundum Petrū appellatur, libellū præterea de eius prædicatione, opusq; illius, quod Apocalypsis vocatur, non omnino in scripturis catholicis numerata approbatave cognouimus: quandoquidè nullus scriptor ecclesiasticus vel ex veteribus, vel ex his, qui nostra memoria vigerunt, testimoniis ex illis libris depromptis aliquando vsus est. Cæterū cū iam ratione & via procedat historia, operæpretium me facturum puto, si dum apostolorū successiōnem persequor, vnà etiā cōmemorem, quænam ex scriptu-

ris,